

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. VI

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Genealogia Alexandri.

V. AMYNTAS I. Rex Macedon. Darii Hystrapsili filii iussu à Megabazo Persarum imperio subditus, reliquit Alexander Diuiteum; Bocrum cuius filius Meleager Arsinor Piotelei regis matrem preceperat; & Gygeam, que ex Babare Perse suscepit Amyntam, cui Xerxes Alabanda Phrygiae dono dedit.

VI. ALCETAS R. Maced. regnauit annis XXIX. reliquit successorem Amyntam.

VII. AEROPVS R. Maced. cum infans adhuc esset, à Macedonibus qui ab Illyris premebantur, ut erat in cunis, in aciem est prolatus, felici ipsi consilio.

VIII. PHILIPPVS huius nominis primus Rex Macedoniae.

IX. ARGAEVS Rex Mac. repressit Illyrios, bellum tum primum Macedonibus facientes, decepto hoste virginum Baccharum apparatu.

X. PERDICCAS I. Rex Maced. moriturus filio locum monstrauit, in quo se & successores suos condi vellet, pollitus regnum in familia mansurum, quod id fieret: qua superstitione credunt extinctam in Alexandre stirpet, quod is alibi sepultus esset. De hoc vide quedam ab hoc ordine diuersa apud Herodotum 8, 137. &c.

XI. TYRIMAS regnauit annos XXXVIII. reliquit successorem Perdiccam filium.

XII. COENVS Carani filius, Tyrime pater, regnauit in Macedonia annos XII.

XIII. CARANVS patria Argivus, ex familia Temenidarum qui diu regnum Argis obtinuerunt, regni Macedonici conditor, quibus parentibus ortus sit, non proditur, prater quod originem à Temeno Herculis filio habuisse, inter auctores constat. Vide tamen fragmentum Satyri apud Scalig. in adiunctis ad Euseb. pag. 372.

CAP. VI.

Finem his prolegomenis faciemus Vitam Alexandri quemadmodum à Raphaele Volaterrano in compendium redacta legitur.

Alexandri Philippo Macedone nati, & vitam & gesta innumerabiles pene Græci posteris attidere; è quibus Clitarchus, Polycrates, Onesicritus, Antigenes, Istris, Aristobulus, Charis, Hecataeus Eratreus, Philippus Chalcidensis, Duris Samius, Ptolemaeus, Anticider, Philo Thebanus, Philippus, Hisangelus, Antiphenes, Menachmus Sicyonius, Nymphis Heracleo-tes, Potamon Mytilenaeus, Sotericus Asiter, Arrianus, Plutarchus: è nostris vero Q. Carius. Ego autem epitome breui percurram. Igitur natum scribi Plutarchus VIII. Idus Aprilis. Ab eo autem, qui in Latinum eum conuerit, circa Idus Augusti scribitur; quod sane cuius sit error necio. Etatis & disciplina rectores, Leonidas Olympiadis matris necessarium, & Lysimachum Halicarnassum habuit. Deinde Aristotelem preceptorem, à quo eruditus fuit, per seueranter amavit, scientiamque physicae delectatus, quandoque ad eum per literas questus est, quod libros eam disciplinam continentes, vulgo ediderit. At ille respondit, editos quidem, sed tanquam non editor ob eorum obscuritatem fore. Annum agens XVI. à patre profecto in ob-sficionem Byzantij ad regni curam dimissus domus est, post eius vero mortem annos XX. natus im-
perium

Vita Alexandri.

perium iniens primam in Thebas expeditionem fecit, easque bello superatas euerit: cum Atheniensibus pacem fecit, quamquam Thebarum casum moleste ferentibus: ad Isthmon venienti omnibus obuiam preter Diogenem Cynicum venere; miratus Alexander ad eum in sole apicantem venit, rogans, si quid opus: at ille, in paulum, inquit, à sole absit. Alexander deinde ad suos resiles, se Diogenem esse velle dixit, si Alexander non esset: Cupidus igitur late imperandi, patrimonium omne inter amicos diuisi, Antipatru domi relicto, in Helleponumque primo traxit, ac Ilium peruenit, ubi anim aduerso Achillis sepulcro, felicem appellauit, cui prece laudum Homerus contigisset. Deinde contra Dareum profectus ad Granicum flumen, quod Asia porta sit quedam, praefecti regis occurrentes pugnam conseruent, ubi viator traditur fuisse, casis barbarorum viginti milibus, ex Macedonibus triginta et quatuor tantum. Deinde ad maritimam oram descendens, Pamphylic, Cilicie, Phoeniciaque regiones: deinde Paphlagones Cappadocesque iubegit. In transitu Cydni fluvij frigidissimi morbo correpus bello superfedit; verum paulo post a Philippo medico curatus in castra venit, atque riuflus cum Dareo, qui sexuenta hominum millia armaverat, in praelium descendens; quem denum superauit celsis hostium undecim milibus castris insuper positus: regem fugientem per quinque stadia infectatus est: uxorem filiasque capriuas ad se perduelas honorifice ac pudice habuit. Ab hac igitur in littore quoque Aegypti loca amanitate delectatus Alexandriam urbem condendam mandauit: Ipse ad Iouem Ammonem per loca rasta solitudine post Cambysem secundus accessit. Hic multa milia è suis obruta arenarum vi Astro perlante fuere. Vbi vero templum attigit a sacerdotio persicatus Iossi filium se puerat. Postremo, seruo Dareum viras redintegrantem petens vicit, aique omnino profugiam uitam cum regno sustulit Persarum. Hinc Babylonios cum tota regione subegit: mox Darem persecuturus audiuit à Beso illius familiari, cum captiuo à suis atque iujectum, quem regis in tectione vestibus matris eius tumulandum remisit, Besum vero interfactorem supplicio affectit. Darem autem moriens deos precabatur, ut Alexandria secundarent, quem hostem clementiorem quam suos inuenisset. Deinde in Parthum mouens superato Oxearte fluui (hic enim Rha est, quem Alexander Tanaim alterum putauit) Scythas lacesuit: ulterius fluxu ventris correpus inseguiri defuit. In his locis occurrentem habuit Thalestrom Amazonum reginam, teste Iustino, XXXV. dierum itinere confecto, que ex ipso pregnans dicitur diceisse. In Indiam postremus praefectus suis exhortatus est, ne animo deficeret; parvi temporis laborem Macedonibus orbis imperium ac perpetuam gloriam paritum: ubi primum Taxilem regem obuium cum munericibus habuit, superatoque Idaspē fluui Porum alterum Regem occurrentem cum maximo exercitu vicit, quem in praelio vicitum ac captiuum dimisit ut prius liberum. Erat Porus quatuor cubitis & palmo procerus, in quo praelio Bucephalum amisi, in cuius honorem supra Idaspē Bucephalian urbem condidit. In ea sane regione cum multis collocutis gynosophistis dicitur, inter quos Calanus nomine eum secutus, sepius coniuncta pyra comburi iussit. Alexander deinde dextrum Indie latius adnigari perquirique iussit classi Oneiscrito praefecto, ac Neacho duce constitutis, ipse per mediterranea remigrans, cum aliis dolore vexatur, Babylonem repetit, ibique febri correpus exceptit, nullo venienti signo, anno atatis XXXIII. & a Ptolemaeo Alexandriam regiam funeris pompa delatus. Fuit vini audies, adeo, ut per ebrietatem precipuos amicos intorfecerit. Clitum, qui in mensa Philippum Alexandru prexulit, Philotam & Parmenionem insidiarum suspicione, necari iussit: Callisthenem philosopham Aristotelis propinquum, quem inter obscurissimos habuerat, deinde in Hermolai coniuratione suspectum, quodque adorandum Alexandrum esse negaret, misere adfectum casum necauit. Cassitate alsoquin tanta, ut preter exorem & Berfinen è Damasco riduani, ac regiam mulierem, nullam aliam complexus fierit. Eboracem uxorem, Oxariis regis filiam, non prius attigit, quam perfectius ex ordine sponsalibus solennibus: sed & Aristobulus de ipsis ebrietate scribit omnia falsa esse: verum quia inter bibendum valde loquerebatur, eam contraxerit famam. Cibi etiam parcissimum fuisse, quod prandium conainmentum, nocturnum iter solebat appellare; canes, frugi ac breve prandium. In rebus ob-

eum

Vita Alexandri.

etnāis summa alioquin diligentia, nullam omittendo occasioneis, declarans maxime res breviē tempore gestas. Mane ante omnia sacrificabat. Si quando vacaret, aut renatione aut lectione se tradebat, præfertim Homerū, quem etiam nocte pulchro subiçere solebat. Inseruum cominius animum exilrabat, et post Darem vicitur quisque suorum amicar ad epulas invitauit, inter quas Thais fuit Acheniensis gener, quam postea Ptolemeus magnopere adorauit. Hac cum in gana vogasset Alexandrum, vi Persarum regiam, quia patriam suam incenderant, creparet, statim mandauit. Puerorum insuper abstinentissimus omnino, quorum triginta millia ad disciplinam militarem erudiendorum nuspiri mandauit: quin & quandam pollicentem, se pulchrum ei cnpiorum puerum, acriter obiurgauit, solebatque dicere, coitum ac somniūa duo maximae mortalitatis esse signa.

Atque hæc ita necessario præfanda esse duximus, ut appareret, quæ & argumenti historieque illius dignitas, scriptoris vero ipsius existimatio atque apud eruditos auctoritas esset: & quibus præfidiis animum ad recensionem eius adiecerimus: ne quis vanam aut parum modestam vocem arbitretur, si afferamus hanc editionem nostram, omnium quæ vñquam prodierunt, & castigatissimam fore, & commodissimam, quod euidem vt consido ipse successus operis fatis declarabit. Ceterum si quæ alia de Alexandro traduntur, ea maxima ex parte supplementum nostrum in hunc auctorem complectitur: alia, quæ grauitate historica indigna videbuntur, ad Curtium passim, & præsertim in extrema ciuiis historia
annotabimus.

F SE-